

## H.

AUSPICIIS REGIS AUGUSTISSIMI  
**FRIDERICI GUILIELMI IV.**

ACADEMIÆ ALBERTINÆ RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
 VIRO ILLUSTRIS

**THEODORO A SCHOEN**

qui primum rebus omnibus incursu Francogallorum  
 turbatis in restauranda patria legibusque emen-  
 dandis primarias egit partes

tum temporibus pacatis ad colonos glebae qui adscripti  
 erant liberandos plurimum consilii contulit et  
 ordinandis oppidanorum rebus publicis  
 operam et studium navavit

tum deinde Lithuaniae praepositus scholas ceteraque  
 instituta civilia singulari cura et successu am-  
 plexus est paulloque post libertatis ab hos-  
 tibus vindicandae civiumque armando-  
 rum consuasor adjutor instructor  
 exstitit

postea vero ad altiore dignitatis gradum eVectus tum  
 aliis rationibus eorum quibus praefuit commodis  
 et utilitatibus consuluit

tum etiam commerciis publicis vias silice stratas  
 accommodavit agrorum proventus aucto pastu  
 cultuque pecudum multiplicavit

interque haec morbi genere mortifero late grassante  
 civium animos contagionis metu exsoluit nosocomia  
 fortiter ingressus

denique per longum tempus quo provinciam guber-  
navit talem se prae-buit ut omnibus sollertiae  
cuncta vegetantis incorruptae integritatis  
atque animi vere civilis fidem faceret  
tot tantorumque meritorum ergo

**ACADEMIÆ ALBERTINÆ**  
**PRORECTOR SENATUS ET PROFESSORES**

solemnia diei gratissimi quo universa civitas memoriam  
munerum per quinquaginta annos gloriose  
gestorum concelebrat

laeti venerabundique

c o n g r a t u l a n t u r .

REGIMONTHII BORUSSORUM ANTE VIIDUS JUNII  
MDCCCXLIII.